(Tenor responsionis) Avanti di Vui, magnifico miser Andrea Zorzi, per la illustrissima ducal signoria de Venexia dignissimo conte e capitano dela cita e distreto de Spalato e dei zudezi Vostri, meritamente da esser honorandi, comparo io Nicolo quondam ser Domenego Papali per responder ad vna domanda uitiosa e fraudolente /71v/ presentata dauanti la magnificentia Vostra per ser Marco e fradeli quondam ser Nicolo Pecinich, e etiam dio <!> per la parte di ser Doimo Pecinich, loro chuzin, domandando ducati 100 dice per resto de ducati 300 sono per la dotte di quondam madona Jacobina mia sorella come piu acopiosamente par per quella, respondo mi non esser stato remasto debitor noma de ducati 60 uel circa come apar per la polica in man mia e in man loro dela stima fata della ditta dote e di quello tal resto, uenendo ditta quondam madona Jacobina mia sorella in extremis per una malatia gravissima de feure nella qual fece el suo testamento per el qual me liberaua de quel resto non uolendo esser ingrata de tanti benefitii da mi receuudi, e da poi resanada da quella malatia uiuete anni 11 uel circa sempre contentandosi de quel aueua fatto e mai a uoluto cauarlo dela cancellaria, e stagando cusi circha anni 11 intrauegnando quel chrudel chaso dela sua morte. La qual cosa uezando esser intrauegnuda dito quondam ser Nicolo Pecinich, padre de ser Marco e barba de ser Doimo, sapiano testamento esser fato e posto in cancellaria e sapiano che per quel iera absolto de quel resto con certi altri se n ando nela cacellaria dela comunita e furtivamente el leuorino. La qual cosa se li ditti uorano negare legitimamente ala Vostra magnificentia me offerisco a provare, per la qual cosa prego la Vostra magnificentia inponendo perpetual silentio ala parte aduersa dala loro iniqua e iniusta domanda, e uoiatime apsoluer /72r/condenando la parte aduersa nele spese dela presente chausa, reseruando a me rason da zunzer a zminuir e comparir dauanti ogni ofitio alo qual tanto habomineuol mancanunto aspetara protestando dani, spexe e interessi qual per ditta chazon potessino ocurer. Rogatus te notarium etc.

(Admissio) Quam responsionem dominus comes admisit si et in quantum de iure et non aliter, statuens terminum dicto ser Nicolao ad procedendum <pro producendum> in scriptis intencionem suam hinc ad octo dies proxime futuros et ad nominandum testes per eum producenda in presenti causa.

Die sabbati 4 mensis Aprilis

(Citatio) Matheus Travarich, plazarius comunis, retulit se ad instantiam ser Marci Pecinich et fratrum ac etiam sr Doimi Pecinich personaliter citasse ser Nicolaum de Papalibus pro instanti die ad prosequendum in causa supra scripta.

Eo die

(Productio intencionis pro reo) Constitutis partibus premissis coram antedicto magnifico domino comite sedente sub logia maritima cum suis iudicibus ante

dictis per ser Nicolaum de Papalibus exhibita et producta fuit intencio tenoris infrascripti, videlicet:

(Tenor dicte intentionis) Per che in la mia risposta fatta ala domanda de ser Marcho e ser Doimo Pecinich io Nicolo di Papali mo <!> hoferto constar al giuditio /72v/ come el testamento de quondam madona Jacobina, mia sorella, e stato tolto dala chasa dei testamenti in mio graue dano e detrimento, in pero rechiedo la Vostra magnificentia che per merito de rason i testimoni per mi serano nominadi infra siano eziminadi soto sacramento soura i capitoli soto scriti.

E primo intendo prouare e far fede come dita madona Jacobina a fato el suo ultimo testamento per el qual tra i altri legati m a beneficiato in resto quello douea lei auer per nome dela soa dote. Soura el qual chapitolo uolemo sia eximinado miser pre Zorzi, primicerio dela iesa de san Doimo el qual sia eximinado soto l sacramento.

Item intendo prouare e far fede per testimonij fide digni come dito testamento e stato leuato de la casa, ut supra, in graue mio dano contra la uolunta e intencion de la defuncta alcuni zorni dapoì de la so morte, e questo per choloro i quali sano troua prezenti çoe miser Zoan d Alberti e ser Piero di Srichia e ser Lionardo Montagna, fo cancelier de la comunita de Spalato in quella quando testamento fo leuado, i quali siano eximinadi soto l sacramento, ut supra.

Item intendo prouare e far fede come dito ser Lonardo Montagna trouandose presente in quella uolta quando ditto testamento fo tolto per esser canceller dela comunita /73r/ se a lamentado a piu persone come ditto testamento dela ditta madonna Jacobina e sta tolto dala ditta chasa. Soura el qual chapitolo sia examinado ser Comole di Petracha soto l sacramento. Item particolarmente siano eximinadi miser Doimo di Papali, madona Donata, moier de ser Piero de Srichia, quel che sano de dito testamento soto l sacramento, vt supra.

Item intendo prouare e far fede per ser Lorenzo de ser Michael de Lorenzo a inteso dal quondam ser Nicolo Pecinich che supra nominado testamento de dita madona Jacobina e stato tolto solamente perche mi soprannominato Nicolo de Papali sero beneficiato de quel douea auer da mi per resto dela so dote, ut supra, el qual Lorenzo sia eximinado soto l sacramento.

Item intendo prouare chome ditto ser Doimo Pecinich in presentia dei testimonii infra scriti alterchando con ser Zuan de ser Michel de Lorenzo de la sua dote disse ditto ser Doimo a ditto ser Zuane che de la dote de la mia madre zoe madona Jacobina sopra nominata tu aueresti pocho per che piu tosto uoio che mio barba abia quello ge sta lasato per la mia madre che a nisun altro sopra questi chapitoli sia exeinado ser Charlo Martinusevich e ser Zuan preditto soto l sacramento.

Qua producionem facta ultrascripti actores pecierunt sibi dari copiam dicte intencionis con termino termino porrighendi interrogatoria sua et dominus comes ita fieri iussit.

/73v/ Die octauo Aprilis

(Productio interrogatoriorum) Per ser Marcum Pecinich nomine suo et fratrum ac etiam nomine ser Doimi Pecinich eius consanguinei producta fuerunt interrogatoria infrascripta, videlicet:

(Tenor interrogatorium) Sopra la intencion produtta per ser Nicolo de Papali dela eximination da esser fatta de misser pre Zorzi primicerio e altri per lui prodotti. Io Marco Pecinich con li fradelli, insieme con nostro chuxin Doimo nomine quo alias:

Item ditto pre Zorzi sia domandado s el sa che la ditta quondam madona Jacobina ha fatto el suo ultimo testamento e quando l a fatto, de qual millesimo zorno e hora, e chi lo scrisse, e in qual loco, chi fo li testimoni, chi fo l exeminador.

Item chi era la quando lo faceva e chi recheze chel fosse fatto e se la ditta tunc erat sanę mentis.

Item se l fo fo <!> presentado al canceler e chi era el canceler e quanto dapo fatto fo presentado e in qual millesimo zorno e hora e chi fo presenti quando fo presenta, e se la ditta madona Jacobina se habia contenta e ditto con la sua bocha che quello si e la soa ultima uolunta: presenti li testimoni el exeminador.

Item se l sa ueramente che sopra ditto ser Nicolo fo beneficiado per el ditto testamento e in quanto fo beneficiado.

Item quelli per li quali ditto ser Nicholo intende prouar ditto testamento e in quanto esser leuato de la chassa deli testamenti sia domandadi se certo sanno e hanno uisto che l ditto testamento fo tolto, e chi lo habia tolto, e quando fo tolto de qual millesimo di e hora, e in man di chi l anno uisto, e se hanno uisto portarlo fora dela chassa ouer de la cancellaria.

/74r/ Item se li ditti proprii sano e hano uisto oculata fide quando fo tolto ouer che hano intexo da li altri, perche testificar per aldida e non per vizuda tal testification e nulla.

Item anchora se li ditti sano che ueramente preditto ser Nicolo era beneficiado per el ditto testamento e in quanto, ut supra.

Item perche tra li altri produce per testimoni miser Zanze d Alberti e Piero de Srichia e la soa dona, ser Doimo de Papali, ser Lorenzo de quondam ser Michel de Lorenzo, dico che nullo modo denno esser admissi, per esser parenti e propinqui ale parte, perche expresse seria contra la lexe e consuetudine e contra raxon che uole che le coniuente persone non possino testificar in simel causa; ali altri testimoni j e testification a hora e a tempo opponeremo si erit necesse.

Item ultimatim perche el intende prouar per alcuni etc. chome ser Doimo nostro chuxin ha ditto a ser Zuane de Lorenzo altercando con lui chome dice: Dela dote dela mia madre zoe madona Jacobina sopranominata tu haueresti pocho perche piu tosto uoglio che mio barba habia quello che sta lassato.

Posito che l hauesse ditto ditto <!> chosi e concesso etiam e iterum dico habia quello che ge sta lassato. Ma perche non ge sta lassato niente e per nisun modo non li concede esser li sta lassata chosa alcuna, chusi concludo e confermo a luj esser lassato niente, e niente habia.

Salvo nobis jure addendi, opponendi et contra dicendi dictis et personis quibus nobis melius uidebitur.

/74v/ Die XIII Aprilis

Per Radum, plazarium comunis, ad instantiam ser Nicolai de Papalibus citati fuerunt infrascripti ad testificandum, videlicet:

Dominus Zanzius de Albertis

Ser Comulus de Petracha

Ser Petrus Srichia

Ser Doimus de Papalibus

Ser Carolus Martinussouich

Ser Laurentius ser Michaelis

Quibus et unicuique ipsorum delatum fuit corporale juramentum de veritate dicenda in causa premissa remotis odio, amore, precibus et premio.

Presente ibidem parte adversa et dicente ipsos testes non debere admitti cum aliqui ipsorum sint sanguine coniuncti cum parte producente etc.

Vnde prelibatus magnificus comes, sedens ad banchum juris cum suis iudicibus, ipsos testes admisit si et in quantum de jure et non aliter, jubens ipsos testes examinari per ser Laurentium Arnerii, iudicem curie, ac me Gregorium, cancellarium comunis, salvis tamen oppositionibus aduerse partis ad opponendum tam dictis quam personis ipsorum testium etc.

Die XIII Aprilis

(Testificatio pro ser Nicolao) Ser Comulus de Petracha, nobilis Spalatensis, testis productus per ser Nicolaum de Papalibus in causa suprascripta, citatus, juratus et examinatus per ser Laurentium Arnerii iudicem curie ac me cancellarium infrascriptum super continentia tercii capituli eidem lecti ad suam claram intelligentiam, omissis aliis de uoluntate producentis, juramento suo dixit se tantum scire, videlicet, quod alias dum esset cancellarius comunis ser Leonardus Montagna, qui iudicio suo erat compater suus, uenit ad ipsum testem ser Leo-/75r/nardus ualde mestus dicendo: el me intrauignudo vna horribel heri over l altro zorno. Venerunt in cancellaria comunis ser Petrus Srichia, ser Nicolaus Pecinich, dominus Zanzius de Albertis et ut credit ser Petrus Natalis. Et ipse ser Petrus Srichia finxit se uelle querere testamentum domine Donate, eius uxoris, et ipse aperta capsula testamentorum comunis cepit querere dictum testamentum una cum ipso se Petro. In qua inquisitione uidit quod ipse ser Petrus per clandestine posuerat in manica sue uestis testamentum quondam domine Jacobine, sororis dicti ser Nicolai de Papalibus, prout uidit per suprascripti ipsius, et ipse cancellarius tunc rubore non ausus est aliquid dicere, sed postquam dicti socii exinde recesserunt uidit et aduertit quod dictum testamentum deficiebat, ex quo remansit quasi mortuus et die sequenti, ut predixit, aut tercia die predicta communicauit cum ipso teste petens ab eo consilium quid agendum esset ea in re, dicendo ego uolo ire

ad magnificum dominum comitem. Cui ser Leonardo ipse testis dixit: Nolite hoc facere, quia omnino eritis abominatus, quum postquam nichil ei dixistis quando subripuit ipsum testamentum, si dixeritis nunc, ipse Petrus id negabit et nil poteritis probare; sed suadeo uobis quod amicabilem ire debeatis ad ipsum ser Petrum et ei aperte dicere quod uidistis occulata fide ipsum subripuisse dictum testamentum et bonis verbis rogare illum quod uelit uobis dare ipsum testamentum. Et hoc modo poteritis aliquid operari; dicens nil aliud scire de ipso testamento nisi per ea que sibi dicta fuerunt a dicto ser Leonardo tunc cancellario.

Super interrogatoriis partis aduerse interrogatus respondit se scire predicta ut predixit per auditum dicti ser Nicolai et non aliter; non tamen interfuit confectioni aut subreptioni dicti testamenti etc.

Super generalibus recte respondit.

/75v/ Die XIII Aprilis

(Testificatio pro eodem) Spectabilis eques dominus Zanzius de Albertis, testis productus ut ultra, citatus, juratus et examinatus super 2° capitulo incipiente: Item intendo prouari e far fede per testimonii fidedigni etc., eidem testi prius lecto, ad ipsius intelligentiam per prefatum dominum iudicem ac me cancellarium, omissis aliis de uoluntate producentis, juramento suo dixit de contentis in eo tantum scire uidelicet quod alias existente cancellario comunis ser Leonardo Montagna, ipse testis fuit uocatus a quondam ser Nicolao Pecinich et a ser Petro Srichia et reperto dicto cancellario sub logia sancti Laurentii, dictus ser Petrus Srichia dixit se uelle querere testamentum domine Donate, eius uxoris, quia non contentabatur de eo; et tunc ipse cancellarius deferri fecit capsulam testamentorum comunis sub dicta logia; qua aperta dicti cancellarius, ser Nicolaus Pecinich et ser Petrus Srichia ceperunt querere dictum testamentum, in qua quidem inquisitione idem ser Petrus Srichia, habens tunc in suis manibus plura testamenta, clandestine subripuit et testamentum quondam domine Jacobine, sororis ser Nicolai de Papalibus, et illud belo modo posuit in manica sue uestis ibidem astante et premissa uidente dicto teste. Quo facto dictus ser Petrus dixit postquam non inuenimus testamentum domine Donate, uxoris mee, dimittamus illud pro nunc. Et statim dicto ser Petrus, ser Nicolaus Pecinich et ipse testis exinde discesserunt; et accesserunt in canipam dicti ser Nicolai Pecinich ubi eo instante dictus ser Petrus Srichia aperuit dictum testamentum dicte domine Jacobine iam mortue et per ipsos tres lectum fuit. In quo inter cetera ipsa domina Jacobina legabat dicto ser Nicolao de Papalibus, eius fratri, omne id quod ipsa testatrix restabat habere a dicto eius fratre pro dotibus suis, dicens id legare amore fraterno. Et eo testamento lecto ac perlecto, fuit illud relictum in manibus dicti ser Nicolai Pecinich.

Super interrogatoriis partis aduerse interrogatus respondit se scire predicta /76r/ quia interfuit et uidit occulata fide omnia que superius dixit et attestatus est; de anno et mense dixit non recordari; sed bene scit quod fuit post mortem dicte domine Jacobine. Et uidit et audiuit specialiter legatum factum per ipsam

dominam Jacobinam in ipso testamento dicto ser Nicolao de Papalibus fratri suo ut superius testificatus est.

Super generalibus interrogatus respondit esse consanguineum ser Nicolai de Papalibus, et mater ser Marci Pecinich et fratrum est soror dicti testis, tamen propter hoc non dixit nisi ueritatem et uellet ius habentem uincere, non doctus etc.

Die XIII Aprilis

(Testificatio pro eodem) Ser Doimus de Papalibus, nobilis Spalatensis, testis productus ut ultra, citatus, juratus et examinatus per vltrascriptum dominum iudicem et me cancellarium super continentia tercii capituli incipientis: Item intendo a prouar e far fede chome dicto ser Lunardo etc., eidem testi lecti, ad eius intelligentiam, juramento suo dixit de contentis in eo tantum scire, uidelicet, quod alias statim post mortem quondam domine Jacobine, sororis ser Nicolai de Papalibus, interfuit in canipa ser Nicolai Pecinich, vbi tunc aderant dictus ser Nicolaus, dominus Zanzius de Albertis et ser Petrus Srichia; et ibi lectum fuit testamentum dicte quondam domine Jacobine, quod dictus quondam ser Nicolaus Pecinich asserebat subreptum fuisse de cancellaria comunis per dictum ser Petrum Srichia et ipse testis uidit ipsum testamentum tunc legi per dictum ser Nicolaum Pecinich, in quo inter cetera ipsa domina Jacobina legabat et remittebat ipsi ser Nicolao de Papalibus, eius fratri, omne id quod sibi /76v/ tenebatur et obligatus erat pro resto sue dotis; et ipse testis tunc persuasit eidem ser Nicolao Pecinich quod illud comburere deberet.

Super interrogatoriis partis aduersae dixit non interfuisse confectioni dicti testamenti et nescire qui fuerunt presentes eiusdem confectioni et quis illud scripserit, sed tantum scire et uidisse prout superius testificatus est; de anno et mense dixit non recordari sed fuisse post mortem dicte domine Jacobine.

Super generalibus dixit quod est in tercio gradu parentelle cum ser Nicolao de Papalibus; et ser Doimus Pecinich habet unam neptem ipsius testis; tamen propter hoc non dixit nisi ueritatem. Super aliis generalibus recte respondit.

Die vltrascripta

Venerabilis dominus presbiter Georgius, primicerius ecclesie Spalatensis, testis productus ut ultra, juratus in uerbo ueritatis in manibus presbiteri Johannis quondam Radoi, presente parte aduersa et examinatus super continentia primi capituli eidem lecti ad suam intelligentiam, dixit se de contentis in eo tantum scire, uidelicet quod alias existens domina Jacobina, soror ser Nicolai de Papalibus, infirmitate grauata fuit ipse testis uocatus a quondam ser Andrea Marci ut iret ad faciendum testamentum ipsius donec Jacobine et sic ipse testis iuit et scripsit ipsum testamentum, in quo inter cetera legabat certam partem sue dotis dicto ser Nicolao eius fratri, sed non recordatur quantam partem. Et scripto ipso testamento illud clausit et sigillauit more solito et scit quod ipsum testamentum fecit ipsa domina Jacobina pro faciundo dictum legatum dicto eius fratri et ex postea nescit quod de ipsi testamento factum fuerit.

Super interrogatoriis partis aduersae interrogatus respondit non recordari de tempore, mense uel die et neminem fuisse presentem confectioni dicti testamenti preter testatricem /77r/ et ipsum testem et nescit etiam de uera scientia si dictum testamentum fuit presentatum cancellario comunis uel ne quia postquam illud scripsit, non se impediuit in eo et ipsa testatrix tunc erat sane mentis.

Super generalibus recte respondit.

Die vltrascripta

(Testis pro eodem) Ser Laurentius quondam ser Michaelis Laurentii, testis productus ut ultra, citatus, juratus et examinatus per vltrascriptum dominum iudicem ac me cancellarium super continentia quarti capituli incipientis: Item intendo aprouar e far fede per ser Lorenzo de ser Michiel etc. Eidem testi lecti ad sui intelligentiam, omissis aliis de uoluntate producentis, juramento suo quod accepit dixit se de contentis in eo tantum scire, uidelicet quod alias mortua quondam domina Jacobina, soror ser Nicolai de Papalibus, dum esset in altercatione cum quondam ser Nicolao Pecinich et intellexisset ipse testis a pluribus personis quod dictus ser Nicolaus Pecinich cum ser Petro Srichia subriperant de cancellaria comunis testamentum dicte domine Jacobine in quo uxor ipsius testis erat beneficiata, ipse testis habuit dicere eidem ser Nicolao Pecinich tunc existenti sub logia sancti Laurentii, ser Nicolae hoc dico uobis, de duobus alterum, aut date mihi testamentum dicte Jacobine quod subtraxistis de cancellaria comunis, aut per corpus Dei ibo ad magnificos dominos aduocatores comunis ad porigendum querellam contra uos. Et tunc dictus ser Nicolaus Pecinich traxit ipsum testem aliquantulum semotum et rogauit illum quod non deberet promouere talia uerba, jurando super vna imagine Beate Virginis ibidem picte apud sanctum Marcum, quod uxor dicti testis non erat beneficiata aliquo modo in testamento dicte domine Jacobine, sed uerum erat quod ipse ser Nicolaus subriperat ipsum testamentum de cancellaria comunis quia /77v/ ser Nicolaus de Papalibus illud fieri fecerat per ipsam dominam Jacobinam tunc non existentem sane mentis.

Super interrogatoriis partis aduersae interrogatus respondit non interfuisse confectioni dicti testamenti, nec illud uidisse, sed tantum scire predicta per ea que supra testificatus est; de anno, mense et die dixit non recordari precise, sed ea fuisse post mortem dicte domine Jacobine loco ut supra.

Super generalibus dixit quod ser Nicolaus de Papalibus est barbanus sue uxoris et ser Doimus Pecinich est frater eiusdem sue uxoris, non doctus, non rogatus etc. Et uellet ius habentem uincere etc.

Die XVI Aprilis

Ser Petrus Srichia, testis productus ut vltra, juratus prius parte presente comparens officio cancellarie presentauit scripturam in manu sua scriptam, in qua dictum suum deposuit ut infra, uidelicet:

(Dictum ser Petri Srichię) Per esser prodoto mi Piero de Srichia per testimonio per ser Nicholo di Papali, dicho ala prima parte che dice deba dir in questo caso quello che so e quello ho uisto: dicho che mai non ho uisto che l dicto testamento

fosse tolto de la cancellaria ne chi lo auesse tolto. Ma ben uero e che quando la so cugnada, zoe de ser Nicolo Pecinich e sorella de ser Nicolo di Papali fo anegata, nui chome parenti steuamo cum lor in caxa loro per zorni 3, chome porta la consuetudine de questa terra, me altrouai o primo o secondo zorno in la corte loro, ser Nicolo Pecinich me chiamo e comenzo a disuoltar una carta era pigata a modo littere missiue e disse, questo e stado testamento de madona Jacobina mia cugnada; vardati in che modo ser Andrea di Marcho cum ser Nicolo suo zenero anno vogliuto asasinar questi mei neuodi, e comenzo a lezer doue feua **/78r/** certi legati, inter cetera li lassaua a dito ser Nicolo de la dote sua, non so che quantita, e preletto che lo haue, disse ser Nicolo varda maledicion se ben fosse questo testamento nela cancellaria non valeria niente perche le stato fatto di man de ser Andrea de Marcho, che e suo socero. Digando ser Nicolo questo lassito non e possibile che chostei lo hauesse fatto sane mentis, habiando tanti fioli che hauesse fatto legato a suo fradello; ditto questo e tolsi in mano mi Piero quello testamento e guardai da chi era la man, a mio iudicio era in la man de ser Andrea di Marcho, questo e quanto so de esso. Sopra la interrogation de la parte aduersa se ho visto, dicho chome di sopra, primo o secondo zorno che dona Jacobina se anego e in man de ser Nicolo ho uisto chome dicho ala intencion de sopra e che non ho visto che lauesse tolto de cancelleria, non me chome ho preditto.

Die 3 Augusti

(Matheus Trauarich plazarius) Ser Nicolam de Papalibus ad instantiam ser Marci Pecinich et fratrum, ac etiam ser Doimi Pecinich eorum consanguinei comparentibus partibus in iudicio de ipsarum partium uoluntate, publicati fuerunt testes et datus terminus dictis actoribus ad opponendum tam dictis quam personis ipsorum testium.

Die tercio mensis Octobris

Comparentibus partibus premissis in iudicio, assignatus est terminus dictis actoribus ad diem lune proximum futurum ad opponendum tam dictis quam personis dictorum testium.

/78v/ (Sententia absolutoria pro ser Nicolao de Papalibus) Nos Marcus Bon-dimerio, pro illustrissimo ducali dominio Venetiarum etc. comes et capitaneus Spalati, cognitor litis et differentię vertentis et que iam diu versa est tam coram magnifico precessore nostro quam etiam coram tribunali nostro inter ser Marcum Pecinich et fratres ac etiam Doimum Pecinich eorum consanguineum ex vna agentes, et ser Nicolaum de Papalibus ex alia se tuentem; et primo uisa petitione in scriptis exhibita per dictos de Pecinich in qua in effectu vigore certi instrumenti debiti petebant sententiari ac sententiatum cogi dictum ser Nicolaum de Papalibus ad sibi dandum et soluendum ducatos auri centum pro resto dotis quondam domine Jacobine sororis dicti ser Nicolai ac matris dicti ser Doimi, que dos fuit de ducatis auri tercentis ut in dicto instrumento continetur; et visa responsione dicti ser Nicolai de Papalibus non negantis se debitorem fuisse pro resto ipsius dotis de ducatis auri LX^{ia}, sed dicentis huiusmodi dotis residuum sibi remissum et

legatum fuisse per ultimum testamentum ipsius domine Jacobine, quod testamentum dum esset in capsula testamentorum comunis Spaleti sublatum et subreptum fuit ad damnum et fraudem dicti ser Nicolai et proinde instantis ac requirentis se absolui debere ab ineptitudine petitionis premissae, ut in dicta responsione diffusius continetur etc. Visa intentione dictorum actorum, visis interrogatoriis partis aduersae, visis depositionibus testium examinatorum ad instantiam dicti ser Nicolai de Papalibus, ex quibus clarissime constat dictam dominam Jacobinam per eius ultimum testamentum remisisse et legasse eidem ser Nicolao eius fratri dictum residuum dotis et postmodum ipsum testamentum de capsula testamentorum comunis sublatum fuisse; visis terminis assignatis ipsis actoribus ad opponendum tam dictis quam personis ipsorum testium; et denique visis omnibus et singulis quae partes ipse dicere, producere et allegare uoluerunt tam orethenus quam in scriptis; sedentes pro tribunali ad nostrum solitum juris banchum et participato colloquio, cum nostris iudicibus ser Nicolao Maricich et ser Johanne quondam ser Arnerii, in opinione nostra concurrentibus, monitisque ipsis partibus pro hac die et hora ad hanc nostram diffinitiuam sententiam audiendum, Christi nomine inuocato, a quo cuncta recta procedunt iudicia, dicimus, terminamus, declaramus, sententiamus et absolventes absolvimus dictum ser Nicolaum de Papalibus a petitione dictorum actorum, victosque victori in expensis causae condemnantes.

Lata, data et promulgata fuit suprascripta sententia per prefatum magnificum dominum comitem pro tribunali sedente sub logia maritima, ac lecta et publicata de eius mandato per me Gregorium a Scalla, cancellarium comunis, presentibus nobilibus viris ser Michaele de Avantio, ser Petro Jurasich et ser Petro de Cipcis testibus et aliis, currentibus annis domini 1478, indictione XI, die XVII mensis Octobris.

Die XX Octobris

Ser Doimus Pecinich, comparens coram magnifico domino comite existente ad marinam, se appellavit a sententia suprascripta ad quoscumque iudices competentes ad quos presens appellatio deuolui contigerit; et insuper protestatus fuit contra eos qui subriperunt testamentum de omnibus damnis expensis et interesse, quae aut quas pateretur pro occasione premissa.

[DAZD, kutija 18, sv. 35] /431v/ Die 21 Februarii 1482.

(Testis pro ser Jeronimo Testa de Tragurio) Ser Petrus Natalis de Spalato, testis productus per ser Jeronimum Testa de Tragurio, suo et fratrum nomine in causa quam habet cum heredibus quondam ser Nicolay Picenich super testamento quondam ser Antonii Johannis, citatus, juratus et diligenter examinatus super capitulis dicti ser Jeronimi et fratrum in litteris magnificorum dominorum Aluysii Mauro et Benedicti Sanuto olim et in hac parte auditorum nouorum sententiarum, illustrissimi ducali domini Venetiarum etc. Et primo super primo capitulo interrogatus dixit quod consuetudo est in terra Spalati quod quando quis facit testamentum illud presentat sigillatum et clausum cancellario comunis Spalati

qui illud accipit presentibus vno examinatore et duobus testibus quos cancellarius notat ab extra super ipso testamento sic presentato.

Interrogatus super interrogatoriis partis aduerse dixit quod quando presentantur testamenta vt supra dixit nec cancellarius nec examinador nec testes de contentis in eis ullam habent noticiam, sed tantum notarius rogatur de ipsa presentatione et testes habentur solummodo presentationi dicti testamenti et examinador et satis est quod cognoscatur persona presentans et dicens illud esse suum testamentum, et de contentis in eo nichil inquiritur. Et ita obseruatum est et obseruatur in Spalato.

Super secundo interrogatus dixit se hoc scire quod quondam ser Nicolaus Picenich erat peroptimus scriptor litterarum formatarum et litterarum /432r/ notariorum siue cancellariorum, sed quod sciuerit contrafacere litteras alia manu scriptas nullam habet noticiam. Et ideo super interrogatoriis partis aduerse. Vltorius non fuit interrogatus.

Super generalibus recte respondit.

Relectum confirmauit presente ser Augustino Maricich iudice astante dicte examinationi.

Die 22 Februarii.

(Testis pro suprascripto ser Jeronimo) Dominus Zancius de Albertis miles, nobilis Spalati, testis productus vt supra, citatus, monitus, juratus et examinatus vt supra, astante ser Augustino Maricich iudice, suo sacramento testificando dixit. Et primo super primo capitulo interrogatus dixit, quod semper a suo memoratu citra obseruari vidit in civitate Spalati quod quando quis facit suum testamentum, illud scribit manu propria si scit scribere, vel per alium sibi fidum scribi facit et illud clausum et reserratum ac sigillatum presentat cancellario comunitatis Spalati, qui in ipsa presentatione habet penes examinadorem vnum siue consiliarium loco examinadoris comunis Spalati et duos testes ad minus rogatos de presentatione ipsius testamenti, de cuius continentia nichil tunc intelligunt ipse examinador et testes, sed tantum sufficit quod cognoscant personam presentans testamentum et illud esse testamentum per ipsam factum, nec de eius continentia alia habetur notitia.

Super interrogatoriis partis aduerse interrogatus dixit quod sic se rey veritas habet vt supra dixit et aliud nescire de alia confectione testamentorum; dixit tamen secus in instrumentis obseruari, quia eorum confectioni et intelligentie habentur notarius rogatus, examinador et testes, qui ipsorum instrumentorum continentiam intelligunt.

Super secundo capitulo interrogatus dixit quod quondam ser Nicolaus Picenich erat eius cognatus, cum quo habebat maximam familiaritatem et erat /432v/ peroptimus scriptor et quod vna die dum inuicem ratiocinarentur de diversis rebus, dictus quondam ser Nicolaus habuit ei dicere quod sibi dabat auris <!> scire reformare quamcumque scripturam. Qui testis tunc dixit ei quod hoc sibi mirandum videbatur et quod volebat videre experientiam. Et tunc scripsit ipse testis unam lineam litterarum quam dedit dicto quondam ser Nicolao et vt eam reformaret, qui accepto calamo se posuit ad scribendum et numquam sciuit eam reformare, neque

similem facere. Et aliud nescit circa hanc partem. Et ideo super interrogatoriis aliter non fuit interrogatus.

Super generalibus recte respondit, dicens quod dictus ser Nicolaus erat eius cognatus quia habuit vnam eius sororem in vxorem et heredes sunt eius nepotes, tamen dixit veritatem. Relatum confirmavit.

Dicta die

(Testis pro suprascripto) Ser Baptista de Augubio, civis Spalati, testis productus vt supra, monitus, juratus et examinatus super capitulis dicti ser Jeronimi et super interrogatoriis partis aduerse sibi declaratis, astante dicto ser Augustino, iudice suprascripto, suo sacramento testificando dixit quod postquam venit habitatum in Spalato, a quo tempore usque in hunc diem transacti sunt anni 46, semper obseruari vidit, quod quando quis facit suum testamentum, illud scribit manu propria seu per alium partem penitentie scribi facit et subinde clausum et sigillatum illud presentat cancellario comunitatis Spalati, qui scribit ab extra illud esse testamentum talis presentantis quod reponitur postea in cancellaria. Et ipsi presentationi habentur examinatus vnus siue consiliarius loco examinatus et duo testes qui tamen de continentia ipsius testamenti nichil intelligunt. Sed si qui volunt testamenta sua publica esse, illa presentant aperta et nota testibus et examinatori, /433r/ et aliter obseruari non vidit. Sed in confectione instrumentorum aliter observatur quia eorum confectioni notarius rogatus habet examinatum et testes qui eorum continentiam intelligunt.

Super secundo capitulo interrogatus dixit quod quondam ser Nicolaus Pichenich erat sibi notus dum viueret et erat homo magni et perspicacis ingenii qui sciebat retrahere quemcumque hominem in propria forma et facere omnem aliam imaginem. Et erat fama quod sciebat reformare quemcumque scripturam. Tamen ipse testis numquam vidit ipsum aliquam scripturam reformare. Et aliud nescit.

Super generalibus recte respondit. Relectum confirmavit.

Dicta die

(Testis pro antescipto ser Jeronimo Testa) Ser Petrus Bubanich, nobilis Spalati, testis productus per suprascriptum ser Jeronimum Testa nominibus suprascriptis monitus, juratus et examinatus suo sacramento testificando super primo capitulo dicti ser Jeronimi et interrogatus partis aduerse dixit, quod id quod omnibus de Spalato notum esse debet etiam per ipsum dici et deponi potest et quod consuetudo est in civitate Spalati et sic semper obseruari vidit a suo memoratu citra quod si quis vult aliquod facere instrumentum venditionis, cessionis vel similia instrumenta necesse est quod habeat vnum examinatum siue consiliarium loco examinatus et duos testes ad minus et aliter instrumentum non valeret et hii intelligunt continentiam eorum que fiunt in instrumentis. Sed in confectione testamentorum hec est obseruatio quod quando quis vult facere testamentum suum publicum et notorium obseruat quod dictum est supra. Sed vt plurimum testamenta presentantur clausa et sigillata cancellario comunitatis, qui de ipsorum continentia nichil scit, sed tantum scribit ab extra: hoc est testamentum /433v/ talis persone

presentatum etc. Et ipsi presentationi habet vnum examinatore[m] siue consiliarium et duos testes, qui etiam nichil sciunt de continentia ipsorum testamentorum. Et ipse pluries huiusmodi presentationi interfuit.

Super secundo capitulo interrogatus dixit quod numquam vidit ipsum quondam ser Nicolaum Picenich contrafacere litteras aliquas neque de ore suo vnquam intellexit quod sciret litteras aliquas contrafacere. Et aliud nescit.

Super generalibus recte respondit. Relectum confirmavit.

/434r/ Die 23 Februarii 1482.

(Oppositiones pro domina Dobriza relicta quondam ser Nicolai Picenich commissaria quondam ser Antonii Johannis) Ad presentiam magnifici domini comitis antedicti comparuit dominus Zantius de Albertis, miles, tanquam coniuncta persona et nuncius domine Dobrice relicte quondam ser Nicolai Picenich et commissarie quondam ser Antonii Johannis, et produxit oppositiones tenoris infrascripti, videlicet:

Coram Vobis, magnifice pretor etc., io Dobriza relicta quondam ser Nicolo de Marulis tanquam commissaria testamentaria de quondam ser Antonio de Zohanne e commissario nomine oppono, contradico e opposition fazo ale persone di testimoni producti per ser Jeronimo Testa in lite vertente fra el dicto ex vna e mi ex alia parte occasione testimoni producti quondam ser Antonii etc.

Et primo ala persona de ser Nicolo di Papali dico e oppono el dicto esser sta sempre e esser al presente nostro inimicissimo, vigilante continuamente a la desfation de casa nostra, como e notorio a tucta questa terra, el qual piu volte ha vsato a dire se vedesse far non so che cosa, in ogni cosa doue accadera cum ogni forza e inzegno attendero a la ruyna e desfation de casa nostra. Et questo intendo approvar per i testimoni fidedignissimi. Ergo et equitas, et ius, et honestas, et maxime leges nostre obseruantissime posite li 3^o capo 6^o voleno e ordinano quod huiusmodi homines nullo modo in testes admitti debeant. Item perche ad ipsum Nicolaum spectat beneficium e maleficium impero che ruynando el dicto testamento la sua moier madona Palmuza per esser attinente al dicto quondam ser Antonio, cum aliis consanguineis succederet in bonis dicti quondam ser Antonii per viam successionis ab intestato. Et cum sit quod nemo sibi ipsi testis esse potest, ergo etc. Item la dicta domina Palmuza e strictissima parente del dicto ser Jeronimo Testa, de cuius etiam beneficio agitur, aduncha rationibus et causis superius de allegatis et allegandis dico dictum ser Nicolaum in dicta causa nullo modo testem admicti posse nec debere.

A la persona di ser Zohane Boricich contradico e oppono esser inhabile a tal examination impero che cum el dicto quondam ser Nicolo, mio marito, per occasion de tal testamento sono in grandissima differentia, rixa e discordia in modo che vn cum laltro non parlaua, el qual Zohane non vna ma piu de le /434v/ volte ha hauuto a dir quanto me sera possibile per ogni modo e via me sforzaro de farli cauar de le man questa robba, hoc est del dicto quondam ser Antonio; e tucto questo per le probation legitime constar me offerisco. Vnde essendo inver

de mi tanto exulcerato et tam hostili animo, de jure examinari non debet quia non solum est suspectus, verum etiam suspectissimus.

A la persona de ser Doymo Pecinich dico, oppono e contradico non douer esser examinato impero che non e quasi homo che piu discontento sia sta de questo testamento del dicto, ne cum el qual siamo in mazor differentia che cum luy, come etiamdio per li processi infra de noy agitati bona parte de suo odio verso de nuy chiaramente se pol comprehendere el qual ser Doymo pur laltro zorno, peruegnando ale parole inzuriouse cum li mei figlioli menazandoli inter cetera li disse tegniro modo che siate desfacti e sino mandaro anchora in hospedale, cum molte altre parole obrobriose. Et questo legittimamente provar intendo. Quapropter, magnifice pretor, dico prout sepius dixi suprascriptos testes a testimonio omnino repellendos esse rationibus et causis superius allegatis, saluis semper et reseruatis aliis oppositionibus suis loco et tempore dicendis, proponendis et allegandis, rogans te notarium etc.

Quibus ser Jeronimus Testa nominibus suprascriptis presens dixit non consentire et institit testes per ipsum nominatos examinari debere non obstantibus predictis oppositionibus.

Vnde prefatus magnificus dominus Comes, predicta admittens etc., iussit super oppositionibus dicte domine Dobrize testes suos examinari et tamen testes dicti ser Jeronimi coram examinari. Et eciam magnificis dominis auditoribus ordinate transmittere vt sue magnificentie de omnibus predictis iudicium faciant.

/435r/ Die 24 Februarii 1482.

(Testis pro domina Dobriza relicta quondam ser Nicolo Picenich, commissaria quondam ser Antonii Johannis) Ser Doimus de Papalibus nobilis Spalati testis productus parte domine Dobrice commissarie quondam ser Antonii Johannis, monitus, juratus et examinatus diligenter, astante ser Augustino Maricich, iudice curie, super oppositione facta pro ser Nicolay de Papalibus, testis inducti parte ser Jeronimi Testa et fratrum etc., suo sacramento testificando dixit se hoc tantum scire quod dum viueret quondam ser Nicolaus Picenich, pluries ipse ser Nicolaus de Papalibus condoluit cum dicto teste de ipso ser Nicolao Picenich, quod sibi dedisset unum zaffile in pigno, ex eo quod pro ipso litigare deberet, quod non fecit. Et numquam potuit habere dictum zaffile et ex hoc volebat eum in iudicio conuenire etc. Et de hoc valde lamentabatur de ipso quondam ser Nicolao Picenich. Insuper in vita ipsius quondam ser Nicolai Picenich et post mortem ipsius dictus ser Nicolaus de Papalibus pluries condoluit cum ipso teste, quod dictus quondam ser Nicolaus Picenich accepisset eidem de cancellaria comunis vnum testamentum sue sororis, videlicet ipsius ser Nicolay de Papalibus ex quo beneficiatus erat ab ea et ex hoc valde lamentabatur dicens de eo multa et diuersa de quibus ad presens non recordatur, ex quibus comprehendebat ipsum odio habere dictum quondam ser Nicolaum Picenich et non esse sibi amicum. Dixit insuper quod dicta domina Palmutia, vxor ser Nicolay de Papalibus, est coniuncta dictis de Testa, sed in quo gradu nescit. Et de contentis in dicta oppositione aliud nescit.

Super oppositione facta persone ser Doymi Picenich, testis ut supra inducti, dixit se hoc tantum scire, quod ipse testis cum ser Coriolano Cipico /435v/ et ser Petro Srichia fecerunt tamquam iudices arbitri inter heredes dicti quondam ser Nicolay Picenich et dictum ser Doymum Picenich quandam sententiam arbitrariam de qua dictus ser Doymus Picenich non contentus fuit. Tamen nescit si odio habebat dictos heredes seu quondam ser Nicolaum Picenich eorum patrem vel ne quia nichil circa predicta ab eo dici audiuit et aliud nescit.

Super oppositione facta persone Johannis Boricich interrogatus dixit se nichil scire de contentis in ea.

Super generalibus recte respondit.

Die antedicta

(Testis pro domina Dobriza) Ser Laurentius Arnerii, nobilis Spalati, testis productus parte dicte domine Palmucie commissarie suprascripte, monitus, juratus et examinatus vt supra, super oppositione facta contra Johannem Boricich sibi lecta astante ser Augustino Maricich, iudice suprascripto, suo sacramento testificando dixit quod multo iam tempore lapso viuento dicto quondam ser Nicolao Picenich dictus Johannes Boricich cum eo quondam ser Nicolao Picenich habuit maximam contentionem ex eo quod ipse ser Nicolaus dicebat quod dictus Johannes Boricich in eius imputationem dixerat quod sciebat contrafacere literas quascumque, de qua re dictus ser Nicolaus valde dolebat. Et ex aduerso dictus Johannes Boricich loquendo cum ipso teste dicebat quod quondam ser Nicolaus erat homo parui precii et homo parue conscientie, quia dixerat eidem Johanni quod sciebat contrafacere litteras sicuti ab eo intellexerat. Et ob hoc steterunt in maximo odio longo tempore. Et aliud nescit.

Super generalibus recte respondit. Et predicti Picenich sunt germani foro <!> vxoris dicti testis, tamen dixit veritatem.

/436r/ Die 25 Februarii 1482.

(Testis pro ser Jeronimo Testa) Ser Johannes Boricich de Spalato testis productus per suprascriptum ser Jeronimum Testa, nominibus suprascriptis monitus, juratus et examinatus astante dicto ser Augustino iudice, suo sacramento testificando super secundo capitulo dicti ser Jeronimi et super interrogatoriis partis aduerse, dixit quod viuento ser Nicolao Picenich, qui erat eius compater et sibi valde amicus, semel audiuit dici ab eo quod sciebat contrafacere litteras et fecerat unam truffam domino Zantio de Albertis, qui erat eius cognatus, nam fer <!> contrafecerat unam litteram missiuam ipsius domini Zancii, dicens quod erat valde amicus quondam ser Antonii Johannis, a quo intellexit dici quod magis tenebatur ser Rusco de Ragusio quam alicui ex attinentibus suis. Et dum fecisset suum testamentum, intellexit a quondam ser Nicolao Picenich et aliis de domo dicti ser Antonii quod dimittebat magnam partem bonorum suorum dicto ser Ruscho et presertim domum magnam ad Grottas et possessionem in Spinonta, ex quo ipse quondam ser Nicolaus persuasit dicto testi ut ire deberet in Jayzam ad dictum ser Antonium nuncians ei quod ser Ruschus dicebat quod erat ereditor dicti

ser Antonii de maxima summa denariorum et quod per hanc viam et per legatum et per creditum suum apprehenderet totam eius facultatem. Qui testis noluit ire, sed subinde vidit vnas litteras quas scribebat dictus quondam ser Nicolaus dicto ser Antonio sub verbis ipsi testi expressis. Et dicebat in ipsis dicto ser Antonio quello che haveti lassato a ser Rusco; voy lo sapeti e anche io el so et pero ve conforto che vogliati hauer aduertencia per che posseti far de le cose Vostre quello volete. Et mortuo dicto ser Antonio, appertum fuit eius testamentum et repertum fuit ipsum dimisisse dicto ser Ruscho domum suprascriptam et non aliud. Ex quo commemorans ipse testis que audiuit dici ab ipso ser Nicolao et aliis domesticis dicti ser Antonii miratus est et dixit ipsi ser Nicolao per la fede mia tu dei hauer contrafacto questo testamento, dicendo eidem rationes suprascriptas, et dictus ser Nicolaus tulit moleste et non loquebatur eidem ob hoc nisi tempore infirmitatis de qua decessit. Et aliud nescit.

Super generalibus recte respondit. Relectum confirmavit.

/436v/ Die 25 Februarii 1482.

(Testis pro ser Jeronimo Testa) Ser Nicolaus de Papatibus, nobilis Spalati, testis productus per suprascriptum ser Jeronimum, monitus, juratus et examinatus super tercio capitulo dicti ser Jeronimi sibi lecto, astante ser Augustino iudice suprascripto, suo sacramento testificando dixit, quod dum in mari suffocata esset eius soror, vxor quondam Petri Picenich, fratris dicti quondam ser Nicolay, dictus testis stetit in domo vt se vestibus mesticie vestiret. Et dum ita staret in domo, sensit quod de cancellaria furatum fuerat testamentum dicte eius sororis, pro quo querelam suam instituit que fuit expedita. Et dum accidisset quod dictus quondam ser Nicolaus se infirmasset, de qua infirmitate decessit, et iam esset grauatus dicta infirmitate, tunc ipse testis sensit quod presbiter Balsaminus, tunc vicarius Spalati, debebat ipsum quondam Nicolaum audire in confessione et ipse testis tunc accessit ad ipsum presbiterum Balsaminum, quem rogauit vt faceret conscientiam dicto ser Nicolao de dicto testamento sue sororis et cognate dicti ser Nicolay Picenich, ne grauatus ex eo anima sua pateretur, qui dixit se id libenter facturum. Et dum redisset a domo dicti ser Nicolay Picenich ad quem accesserat causa confessionis predictae, dictus ser Nicolaus testis accessit ad eum in archiepiscopatum, quem interrogauit quid fecisset; qui presbiter Balsaminus respondit eidem quod steterat per duas horas in camera cum dicto ser Nicolao Picenich, quem non poterat in confessione expeditare. Sed inter cetera ipse presbiter Balsaminus recordatus fuit eidem de testamento dicte sue cognate, qui dixit eidem quod bene fecerat facere sibi conscientiam quoniam de eo et de vno alio testamento vnus qui decessit in lossma <!> sibi habebat loqui. Et quia non poterat respondere propter quoddam accidens superuentum, dixit ei quod in mane sequenti deberet ad eum accedere, nam de ipsis testamentis volebat secum loqui. Et mane sequenti intellexit /437r/ quod vnus alius presbiter sibi dederat sacramentum corporis Christi, et turbatus est et amplius non accessit ad eum, quia eo die mortuus est. Et aliud nescit. Et predicta audiuit a dicto presbitero Balsamino, vt supra dixit.

Super generalibus recte respondit et fuit cognatus fratris dicti quondam ser Nicolai Picenich, tamen dixit veritatem.

/438r/ [Die 27 Februarii 1482]

(Testis pro Jeronimo Testa) Ser Doymus Picenich, nobilis Spalati, testis productus per ser Jeronimum Testa nominibus antedictis, monitus, juratus et examinatus super secundo capitulo dicti producentis sibi lecto, astante ser Augustino iudice suprascripto, suo sacramento testificando dixit se de contentis in dicto capitulo nichil scire et numquam vidisse dictum quondam ser Nicolaum Picenich contrafacere aliquas litteras. Et aliud nescit. Et ideo super interrogatoriis partis aduerse non fuit examinatus.

Super generalibus recte respondit dicens quod dicta domina Dobriza est eius amita et eius filii sunt sibi germani ex patre; nam sunt nati ex duobus fratribus, simul cum ipso teste.

/438v/ Die 27 Februarii 1482.

(Testis pro domina Palmucia, commissaria quondam ser Antonii Johannis) Ser Jeronimus de Papalibus, nobilis Spalati, testis productus per dominam Palmuciam, commissariam quondam ser Antonii Johannis, monitus, juratus et examinatus super oppositione facta ad personam ser Nicolai de Papalibus, testis producti parte Jeronimi Teste nominibus de quibus in causa sibi testi lecta, suo sacramento testificando dixit, astante ser Augustino Maricich iudice suprascripto, quod alias dum suffocata esset in mari soror dicti ser Nicolay de Papalibus pluries audiuit ipsum dolere et dicere, quod ser Nicolaus Picenich et ser Petrus Srichia de Spalato sibi acceperant de cancellaria comunis testamentum dicte eius sororis, per quod liberabat ipsum ab eo quod habere restabat pro dotibus suis. Et de ipsis valde lamentabatur et nedum ipsi testi hoc dixit, sed et publice omnibus querelabatur de predictis, ex quibus comprehendit ipsum odio habere dictum ser Petrum Srichia et ser Nicolaum Picenich, contra quos minabatur dicens se ob hoc velle accedere ad magnificos dominos aduocatores illustrissimi ducali domini. Et aliud nescit.

Super generalibus recte respondit et ser Nicolaus de Papalibus, contra quem fit oppositio, est eius germanus.